



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 42. S. Ludovici nuptiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

nis quinquaginta solidos pendendo, priusquam absolvatur, pœnas dabit. Episcopi corrigendis moribus præsertim Cleri solícite studebunt, & hoc sine inspectores in sua quisque Dicecesi constituent. Immunitate donatis, qui Præsulum sententias & castigationes abnuerint, jus suum pariter denegabitur. Cum hæctenus hæreticis fautores sui aliqua legaverint, Concilium vetat, ne quis testamentum nisi præsentem Parocho suo condat. En causam hujus statuti in conciliis illorum temporum tam frequentis!

Sæcul. XIII.  
A. C. 1234.

c. 14.

c. 17.

c. 21.

§. XLII.

*S. Ludovici nuptiæ.*

Anno præterito Ludovicus Franciæ Rex Margaritam Raimundi Berengarii Provinciæ, seu Saluviorum Comitis filiam natu majorem in conjugem petierat; & quoniam in quarto gradu consanguinei erant, legis gratiam ipsis faciendam a Summo Pontifice per legatum efflagitavit, connubii hujus utilitatem ad conservandam Provinciæ pacem & Religionem Catholicam exponens. Per Pape litteras 2 Januarii an. 1234. datas voti compos factus, sub finem Maji anno ætatis vicesimo Senonibus nuptias celebravit. Archiepiscopus Gauterius fuit, qui Sponfos fausta precatione conjunxit.

*VII. ep. 41.  
ap. Rain.  
n. 16.*

*Gesta  
S. Lud.  
Duchesne  
p. 331.*

*Hist. Eccles. Tom. XX. O ac*



Sæcul. XIII. ac novæ Reginæ solenni ritu coronam  
 A.C. 1234. imposuit. Aliquanto prius Religiosus vir  
 quidam falso edoctus, Regem concubinis  
*Vita S. Lud.* uti non infcia Regina Blanca matre sua,  
 c. 4. rem ad istam Principem stupens ac ex-  
*Ibid. p. 446.* probranti similis detulerat. Illa & se &  
 filium innocentem esse cum modestia af-  
 firmabat, hæc addens verba: *Regem fi-*  
*lium meum præ cunctis hominibus amo: si*  
*tamen ex mortifero morbo decumberet, at-*  
*que mihi promissum fieret, eum per unicum*  
*cum fœmina peccatum sanitati restitutum iri,*  
 c. II. p. 448. *eundem mori mallet.* Rex Ludovicus jam  
 inde a nuptiis suis consentiente Regina  
 uxore secundum veterem Ecclesiæ mo-  
 rem ab usu conjugii se continebat per to-  
 tum tempus Dominico adventui sacrum,  
 totumque jejunium vernum, certis heb-  
 domadis diebus, in pervigiis ac feriis  
 majore religione ac ceremonia celebrari  
 solitis, & biduo triduo ante ac post di-  
 vinum convivium. Matrimonium sane  
 Coelo gratum dignumque, ex quo sex fi-  
 lii, & quinque filiæ prodirent.

## §. XLIII.

*Stadingorum clades.*

*Sup. §. 27.* In Germania Stadingis hæreticis stra-  
*Alb. Stad.* gem intulere sacri pugiles, qui hunc in  
 an. 1234. finem anno priore tesserariæ crucis mi-  
*Hist. Arch.* litiam inierant, & Gerardi II. Archiepisco-  
*Brem. p. 709*